

Kreis  
teinfurt  
S 198

1283 (1282) Januar 10.

[98]  
48

Burggraf Heinrich von Stromberg überträgt der Kommende Steinfurt das Eigentum des von ihr angekauften Erbes Eschhus im Kpl. Altenberge, Bchft. Entrup.

Nos Henricus borchgravius in Stromberge etc. notum esse cupimus, quod constitutis in presentia nostra Aleyde, relicta Bertrammi de Broke bone memorie, nunc autem uxore Lutgeri, ac Thoma de Borichorst, qui post mortem dictae Al(eydis) eidem in domo dicta Eschus sita in parrochia Oldenberge, quam a nobis iure ministerialium dicta Al(eydis) in feodo tenuit, succedere debebat, receptis et numeratis undecim marcis a magistro et fratribus domus Stenvorde ordinis sancti Johannis Iherosolimitani venditionis titulo resignaverunt omne ius, quod in dicta domo seu eius attinencis quibuscumque ipsis competitbat seu posset competere in futuro. Qua resignatione libere facta nos de consensu Rekense uxoris nostre dilecte, Henrici, Ludolphi, Hermanni, Aleydis, Jutte et Conegundis liberorum et heredum nostrorum dictam domum cum suis attinencis proprietatis iure commendator et fratribus dictae domus Stenvorde contulimus perpetuo possidendam. Promiserunt autem dicti fratres, quod nostri ac uxoris nostre post decepsum nostrum una et parentum nostrorum memoriam singulis annis peragent, sicut unius fratum eorum defuncti memoriam agere consueverunt. Actum presentibus testibus infrascriptis, scilicet Bertrammo de Walengarden, Rotcherio de Millite, Riewino de Ostenvelde, Gerhardo de Quernhem militibus et Hermanno de famulo ac aliis quam pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum in robur et munimen presentibus est appensum. Datum et actum dominica ante festum beati Marcelli pape, anno Domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>lxxx secundo.

Kopiar A fol. 43; danach gedruckt Darpe, S. 22, Nr. 23. Auszug Niepert, V. S. 75, Nr. 1.